UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

98. Iuuat Christum in ferendâ Cruce.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

VIII.

AMATRIX CRVCIFIXI
Iuuat Chriſtum in ferenda Cruce. 98.

RELIGIOSO cuidam CHRISTVS olim apparuit, a. eique indicauit, quod nihil ſibi gratius præſtare poſſet, quàm ſi ſe iuuaret in ferenda CRVCE. Tum modum adiunxit: ſi crebram Paſſionis ſuæ memoriam cum aliquo commiſerationis ſenſu vſurparet. *Crebra Paſſionis memoria cum commiſeratione.*

Quæ ratio iuuandi CHRISTVM in ferenda CRVCE videri poteſt non omninò metaphorica. Quemadmodū enim ſi olim CHRISTO PATIENTI adfuiſſes, eique compaſſus eſſes, eius cruciatus reipſa leuaſſes, eique CRVCIS ſuæ baiulationem feciſſes leuiorem: id ipſum etiamnum compatiendo præſtare potes: nec enim hodierna tua compaſſio minus illi tunc nota fuit, quam ſi eam illi præſens exhibuiſſes. *Auxiliū proprium.*

Cauet igitur Amator ne audiat expoſtulantem CHRISTVM ſub Crucis onere. *Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni.* b. Sed dicit quotidie, *Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.* c *Expoſtulatio Chriſti.*

a. *Ludolfus de Saxonia de Paſſ. narrat.*
b. *Pſ.* 68. c. *Thren.* 3.